



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

XIX. Quod ecclesiarum omnium dos ad episcopi ordinationem debeat
pertinere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

ANNO
 CHRISTI
 589.

* iniustis
 vedigali-
 bus &
 immode-
 ratis exa-
 ctionibus
 ipsos pre-
 mant, sed
 potius
 per misere-
 rationem
 compa-
 tientes, a
 grauami-
 nibus de-
 fendant,
 vt bonos
 populi
 tutores
 facere de-
 cet, nec
 in anga-
 riis,
 * prospe-
 ctatores
 * quid per
 prouin-
 cias in
 suo de-
 trimento
 prestare
 debeant
 iudices, si
 ad Con-
 cilium
 non ve-
 nerint.
 Conci-
 liu vero

populis agere debeant, ne * in angariis, aut in operationibus superfluis, siue priuatum honorent, siue fiscalem grauent: sint enim * prospectores episcopi secundum regiam admonitionem qualiter iudices cum populis agant; ita vt ipsos præmonitos corrigant, aut insolentias eorum auditibus principis innotescant. Quod si correptos emendare nequiverint, & ab ecclesia, & a communione suspendant. A sacerdote vero & a senioribus deliberetur, * quod prouincia sine suo detrimento præstare debeat iudicium; Concilium autem non soluatur, nisi locum prius elegerint, quo succedente tempore iterum ad Concilium veniatur: vt iam non necesse habeat metropolitanus episcopus pro congregando Concilio literas destinare, si in priori Concilio tempus omnibus denuntietur, & locus.

XIX.

Multi contra Canonum constituta sic ecclesias, quas ædificauerint, postulant consecrari, vt dotem, quam ei ecclesiæ contulerint, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere: * quod factum & in præteritum displicet, & in futuro prohibetur, sed omnia secundum constitutionem antiquam ad episcopi ordinationem & potestatem pertineant.

10. q. 1. Sic
 quidam.
 Burch. lib.
 3. cap. 10.
 Iuo p. 3. c.
 23.

* quod
 factu &
 taliter in
 præteri-
 to corri-
 gatur, vt
 in futuro
 non fiat,
 prohi-
 beatur,

XX.

Multorum querela hanc constitutionem exegit; quia cognouimus episcopos per parochias suas non sacerdotaliter, sed crudeliter * desæuire: & dum scriptum sit: *Forma estote gregi, neque dominantes in clero*, exactiones diœcesi suæ, vel damna infligunt. Ideoque (excepto quod veterum constitutiones a

10. q. 5.
 Quia cog-
 nouimus.
 Dec. Iuo.
 part. 3. c.
 137.

* agere:

1. Petr. 5.